



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Compendium Sacrorvm Ritvvm Et Caeremoniarvm**

**Vinitor, Gerlacus**

**Coloniae Agrippinae, 1656**

Caput IX.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-9459**

§. An unus Sancti  
181. col. 1. in fine  
am Colleg. quam Ru  
hialium inquiri de  
l. 1. circa princ. &  
quia. & pag. 330.  
e quadrag. qui legi  
rio Romano Lett. 6.

natura sese dirigant, omnes autem à postremo  
dependeant, qui continuò apud Sanctissimum  
Sacramentum remanebit : & ne hac de causa  
novo graventur sumptu, poterunt Collegia  
suis Virgiferis aut Custodibus: Monasteria  
autem aliquibus ex suis ministris aut sacris  
personis provinciam hanc demandare.

§ 6. Ne aliqui ex Processionibus, Supplica-  
tionibus, vel Stationibus digrediantur, earum-  
que ordinem suo discessu deforment, in usum  
revocamus Statuta decessoris Nostri Frideri-  
ci Archiepiscopi Coloniensis, ut nimirum dis-  
tributiones, quæ ratione Processionum, Sup-  
plicationum, aut Stationum dandæ sunt, non  
alijs dentur, quàm qui servato legitimo Pro-  
cessionis, Supplicationis, vel Stationis ordi-  
ne, in ea toto Supplicationis tempore perseve-  
rarint, & Ecclesiæ, in qua fit Statio, Chorum  
ingressi ibidem usque ad finem officij divini  
religiosè perstiterint, & divinis peractis, cum  
Cruce eodem ordine, quo venerant, ad Eccle-  
siam suam revertuntur; exceptis duntaxat his,  
quos vel necessitas, vel alia justa causa, judi-  
cio Decani & Capituli, in Domino excusarit.

Statuta VVilhelmi Archiepiscopi Colon. cap. 1. §. 11. pag.  
150 col. 2. & Frederici Archiepiscopi Colon. cap. 46. & 47.  
pag. 216. & Adolphi 3. Archiepisc. Colon. cap. Quanta  
pag. 452. Col. 1.

is, Supplicatio-  
ebito, juxta cu-  
ratum & condi-  
is unquam per-  
erosiore popu-  
s, Monasterijs,  
Cæremoniarum  
qui ultrò citro-  
ocessionis, ac  
um ordine cer-  
is Laicis in u-  
um distributis,  
i choro se mis-  
dalitia, similel-  
a & imagines  
tas classes dif-  
atu majoribus  
e Scholas divi-

maorem Pro-  
ationis Solen-  
romovendam  
ita cum reve-  
do lustrando-  
ine curent,  
gijis & Monas-  
liquo, cum  
erit, sibi mu-  
posteriorum  
nuchaz

C A P V T. IX.

§. 1. **C**Um in obeunda via, quam appellant,  
Romana, alijsque Processionibus &  
Supplicationibus publicis, per obvias Eccle-  
sias transeuntibus, ut plurimum tam officia,  
quæ in his Ecclesijs canuntur Divina, quàm  
Sermones, qui ad populum habentur, istiusmo-  
di

Constantia  
ne ab Ordina  
vel Statione  
ante finem  
recedatur.

Non turban-  
da sunt offi-  
cia divina  
vel Sermo-  
nes in Eccle-  
sia, quam  
Supplican-  
tes adveni-  
t.

di Processionum & Supplicationum cantu & Strepitu turbari cognoverimus, neque tamen minus optemus, has non nisi congruo decentique modo & ordine cum populi fructu sine offendiculo peragi. Omnibus Pastoribus, Vice-Pastoribus, Concionatoribus, & Catechistis, aliisque Ecclesiarum sive Sæcularium sive Regularium Superioribus, & similium Processionum ac Supplicationum præfectis & moderatoribus serió mandamus, ut populorum & Supplicantium cœtum admoneant, quod licet per eas quidem Ecclesias Processionis aut Supplicationis ritu cum silentio modestiaque sine cantu & strepitu transire possint, ibique preces fundere, in quibus divina officia decantantur, si tamen in eisdem Concio, Catechesis, vel exhortatio alia habeantur, quoad ejus fieri potest, ab earum ingressu abstineant, Habeantque ad manum præfecti ministrum, qui præcedat, & quid in prænominatis Ecclesijs fiat, tempore exploret, & referat ductori vel primi Vexilli aut tituli bajulo, ut is circum Ecclesiam via commoda defleat, quò melius tota Processio seu Supplicatio dirigatur. Quam diligentiam si Processionis Rector adhibere neglexerit, potestas erit Ecclesiæ illius Præfectis, vel ministris inobedientibus hujusmodi & contemptoribus fores occludendi, ne turbaturi ingredi possint.

*Cuius cura  
incumbet  
Præfecto  
Processionis*

§ 2. Quod si omninò Ecclesia præteriri non possit, quod tamen intra Coloniam dici non potest, unus Curatoris loco vel ipse Curator aut Præfectus Processionis vel Supplicationis præforibus Ecclesiæ impeditæ consistat, & opportunè quemlibet clarâ voce precantem vel cantantem moneat, ut ob Concionem vel divinum officium sileat prius, quam Templi fores attigerit.

CAPVT